



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

Fouillon, Jean E.

Leodii, 1657

III. Societas Dei & hominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

II. *Et utilitas.* Multa sunt, cur agere ac pati in Dei caussa longè consultius & op̄tabilius sit, quām in hominum quorumcumque, quantumvis potentium, gratiam. Ex præcipuis capitibus unum est, quod hi plerumque non subditorum cominodum intuentur, cùm illis pericula imperant, sed sibi solummodò consulunt. Ita Davidem Saul, Uriam David discriminibus objecere. Deus verò subditis suis in hac vita nihil quidquam imperat, patiendū inve offert, quin illorum utilitas gloriæ suæ conjuncta sit: ut quisquis Deo servit, simul serviat sibi: & qui gloriæ diuinæ patitur, commodo suo patiatur. Amabili Dei bonitate id factum: qui cùm homines ad obsequia sua citra ullam mercudem, aut spem utilitatis, potuerit obstringere; ita tamen omnia contemperare maluit, ut quod Deo honorificum est, simul sit homini salutiferum: quemadmodum Eucherius sapienter ac piè epistolâ ad Valerianum expendit.

III. *Societas Dei & hominis.* Initur frequenter inter mercatores societas negotiationis, cuius

K 4 regulas.

224 BONA VOLUNTAS

regulas Arithmetici tradunt, ut pro por-
tione collatæ vel pecuniæ, vel operæ, quod
exsistet lucri inter socios dividatur. Eò
respexisse Joannem quidam existimant
1. epist. cap. 1. ubi dicit: *Si in luce ambu-
lamus, sicut & ipse est in luce, societatem ha-
bemus ad invicem.* Negotiandi confortium
cum Deo mortales omnes, quotquot
amici ejus sunt, iniere. Non Deus solus,
non homo solus laborat: qui enim te,
ô homo, fecit sine te, non salvabit te sine
te. Confert Deus impensas omnes in
negotiationem, *operans*, gratiis tum ex-
citantibus, tum comitantibus, *in nobis &
velle*, & perficere, pro bona voluntate, ad
Philip. 2. Homo industriae aliquid com-
modat, gratiis utitur, talentis sibi dona-
tis alia superlucrari conatur. Negotia-
tionis totius fructum partiuntur inter se
socii: Deus qui plus multò in commune
contulit, gloriâ solâ contentus, lucrum
omne & commodum homini relinquit, id
est, omne beatitudinis æternæ meritum.
Agnoscathomo sese facultates omnes ani-
mi & corporis, & rectè illis utendi gra-
tiam.

tiam à Deo accepisse, nihil attulisse de suo, quām tentiēm liberi arbitrii flexum; hoc gratitudinis & gloriæ tributo illi satisfecerit; cætera emolumenta, à liberalissimo & optimo domino ac socio concessa, sui juris faciat.

IV.

Conformatio-
cum Dei vo-
luntate qua-
stusissima
negotiationis.

At verò quodnam negotiatio-
 nis genus utilissimum est? Ne-
 que enim omnia sunt æquali-
 ter quæstuosa: plurimùmque
 interest mercatoris scire ad lu-
 crum, ubi operam fructuosius collocet.
 Facilius tibi indicavero: in promptu
 est: passim nota & exposita utilissima ne-
 gotiationum omnium. Artes nostras
 non abdimus, uti mercatores faciunt, ne
 alii in lucra sua viis iisdem invadant. Nihil
 ad mercimonium spiritale; & ad compa-
 randa lucra meritorum, compendiosius
 usquam invenies, quām conformatiōnem
 voluntatis humanae cum divina in eventis
 omnibus, præsertim ubi adversa ingruunt.
Alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum,
& stella à stella differt in claritate, teste
D. Paullo I. ad Corin. cap. 15. Varii sunt

K 5 beati-